



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 75. Ecclesiæ disciplina in Poloniæ regno eversa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

non pauci privatas suas opiniones stabili-
 bilire, ac divulgare totis viribus nitentur.
 Sæc. XVI.
 A.C. 1564.

§. LXXV.

*Ecclesiæ Disciplina in Poloniæ Regno
 eversa.*

Irridebantur palam Ecclesiæ cultus, ritusque, ac publice novæ opiniones propugnabantur, necnon singulis diebus celebrata fuere hæreticorum conventicula, & procusa in Catholicos consilia: insuper audiebantur preces publicæ, & sacrificia peragebantur juxta ritus recens adinventos: explodebatur autem avita religio veluti risu dignorum rituum congeries: cultu etiam pluribus in locis abrogato templa usurpabantur, & Sacerdotes ex ædibus suis ejiciebantur, omnibusque bonis spoliabantur, dum ipsi quoque Aulæ Proceres, atque ex senatu potissimi de hæresi aut suspecti, aut jam maligna hac contagione infecti erant, tantoque hæretici numero excreverant, ut nec legum severitatem, nec Regis ipsius auctoritatem vererentur. Hic erat Poloniæ status, dum Commendonus illic advenerat.

*Gratian. in
 vita Com-
 mend. l. 2.
 cap. 7.*

§. LXXVI.

*Religio in Polonia eversa ob Presulum
 dissensiones.*

Infu-